




Urkunde

Abt Adelbert von Allerheiligen beklagt sich bei Calixt II. über einen feindlichen Angriff, welchen Konrad, puer adolescens, Sohn des Herzogs Bertold (von Zähringen), mit gewaffneter Hand auf das Kloster Allerheiligen und den Ort Schaffhausen machte, und bittet den Papst, den Täter bis zum Schadenersatz in den Bann zu thun.

Urkunden 1/56



Identifikation

Titel

Abt Adelbert von Allerheiligen beklagt sich bei Calixt II. über einen feindlichen Angriff, welchen Konrad, puer adolescens, Sohn des Herzogs Bertold (von Zähringen), mit gewaffneter Hand auf das Kloster Allerheiligen und den Ort Schaffhausen machte, und bittet den Papst, den Täter bis zum Schadenersatz in den Bann zu thun.

Signatur

Urkunden 1/56

Entstehungszeitraum

23.02.1120 - 18.04.1120

Archivalienart

Urkunde

Altsignatur

UR 56

Ausstellungsort

o. O.

Inhalt und innere Ordnung

Überlieferungsformen af9ce90607a2489ea90c4e61530318c8, 8b4974ac11ff402e9a3f62dff4154853,
00366c2676ba4b1f876a326027b814dc

Zugangs- und Benutzungsbestimmungen

Physische Benutzbarkeit	Frei einsehbar
Schutzfrist	0 Jahre

Sachverwandte Unterlagen

Editionshinweise	Baumann, QSG 3, Nr. 57. – Mommsen S. 14–15, Nr. 9.
Editionstext	Mommsen 9. Abt Adelbert von Allerheiligen meldet Calixt II. die Vergewaltigung von Schaffhausen durch Konrad von Zähringen [1120 Februar 24 – April 18] Domino pape Kalixto, sanctorum apostolorum in ipsorum auctoritate ac pietate successori dignissimo, frater A[delbertus] Scafhusensis cenobii provisor indignus, cum cunctis sibi subiectis promptam orationum instantiam et fidelis obedientie devotionem. Benedictus deus pater omnipotens, qui vos, deo digne apostolice, huic nostro occiduo seculo, omnibus sceleribus perditio, quasi aureum sidus predestinavit, ut per apostolicam auctoritatem sitis asylum pauperum, spes humilium, contritio superborum. Licet enim ad sanctam Romanam ecclesiam pertineat omnium eeclesiarum dispensatio, his tamen locis maxime pervigili cura adesse debet, que sub eius tutelam specialius commisso sunt. Unde, quia locus noster temporibus sancti Leonis pape noni per ipsum quidem divino cultui sua est consecratione initiatius, a succedentibus vero pontificibus Gregorio, Urbano, Pascali, sicuti etiam per vestram

Sachverwandte Unterlagen

sanctitatem preclaris est privilegiis confirmatus et communitus, ideo sanctam Romanam ecclesiam (!) lacrimabilem desolationem, que nobis his accidit diebus, silere non audemus. Quidam enim dominus nomine Cuonradus, puer adolescens, Bertoldi ducis filius, in vigilia sancti Mathie apostoli⁽¹⁾ locum sancti Salvatoris armata manu aggressus, satis valida pugna cum oppidanis conserta et a media die usque in profundam noctem protracta, intrare non est permisus, sed, tamen in vigilia et in ipsa sancta nocte ex maxima parte locum igne consumens, multis suorum sauciatis, discessit, crastino reversurus et omnem locum cum hominibus penitus eradicaturus. Quod ego cognoscens, videns etiam, inermes et imbellies contra armatos et bellicosos diu stare non posse, cum nostris familiaribus habito consilio, prefatum principem suorum militum ductu ultro adii, me ipsum cum loco et habitatoribus sine omni conditione in suam potestatem contradidi, ut, quicquid sibi deus sineret, de nobis perficeret. Nec tamen ista faciens ferociam eius mitigare potui, quia, que circa locum erant, penitus dissipavit et consumpsit et, quos voluit, captivos abduxit et insuper magnam pecuniam ante pascha⁽²⁾ sibi solvendam loco imposuit. Hanc igitur flebilem nostri loci destructionem tota cordis contritione lacrimosis singultibus apostolice sedi et omni Romane ecclesie depromimus, enixius efflagitantes, ut si dignum videatur, domino Constantiensi episcopo vestris apostolicis literis precipiatis, ne ipse vel aliquis alias clericorum aut monachorum quemquam illorum, qui huic nefande impugnationi interfuerunt, ad penitentiam suscipiat, nisi prius deo et sancto Petro et cenobio sancti Salvatoris satisfaciat. Revera enim, si hec inaudita audatia et stultitia dissimulatur, non solum in loci nostri defectum, sed in multorum monasteriorum et ecclesiarum augetur detrimentum. Preterea votivo corde pedibus apostolatus vestri prostratus eximias dulcedini pietatis vestre gratias ago, quod fratrem meum, quem ad vos meis et aliorum fratum literis misi, clementer suscepistis, misericordius tractastis, miserabiliter consolatum benignius dimisistis. Presentium latorem, clericum nostrum, gratiam dei ac sancti Petri ac vestram querentem, ut misericordie sinu recipiatis et letum a gratie throno redire sinatis, a sanctitate vestra optinere exoptatissime cupimus. (1) vigilia sancti Mathie im Schaltjahr = 24. Februar. (2) Ostern im Jahre 1120 = 18. April.

Abschrift

Abschriften 10, Bd. 1, S. 679.

Regesthinweis

Hidber, Nr. 1595. – Brackmann, GP 2, 2, 17, 19. – Gamper AH, S. 293. – Parlow, Zähringer, Nr. 202, S. 139–141; Nr. 203, S. 141.

Literatur

Die Zähringer 2, Sigmaringen 1986, S. 165–166. – Ausfertigung: C. Erdmann, Archiv für Urkundenforschung 16, 1939, 187, Anm. 3 (S. 184–195). – Friedrich Hefele, „Reddite litteras“, in: Heinrich Büttner et al. (Hgg.), Aus Verfassungs- und Landesgeschichte. Festschrift zum 70. Geburtstag von Theodor Mayer dargebracht von seinen Freunden und Schülern, Bd. II. Geschichtliche Landesforschung. Wirtschaftsgeschichte. Hilfswissenschaften, Konstanz 1955, S. 425–434. Siehe auch Urkunden 1/223.
